



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 52. Vercellensis Episcopi adventus in Belgium ob Baji caussam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

Veneto Senatu accersitus, in locum <sup>Sæcul. XVI.</sup> Joannis Baptiste Egnatii humaniores <sup>A.C. 1585.</sup> literas assignato stipendio tradere jubebatur, inde vero Patavium veniens, <sup>les critic  
hist.</sup> ibidem cum Roberto Robortello, qui illo longe inferior erat, literariam concertationem habebat: postea autem Bononiam concessit, ubi juxta Panvinii exemplum romanas antiquitates, & inferioris Imperii historiam cum tanta perspicuitate, ac concinna methodo explicabat, ut cunctis scriptoribus, qui circa hoc argumentum suos calamos exercuerunt, longe præferendus esset. Tandem hoc Anno mense Augusto cum Mutinam per reliquos vitæ suæ dies ibi sedem suam fixarus, atque in senectute sua quieti indulturus pergeret, exente hoc anno febri correptus anno ætatis suæ sexagesimo vitam finivit: hic ecquidem plures edidit lucubrationes, illæ tamen, quæ circa res ecclesiasticas conscriperat, ad sex ferme libros de Hebræorum Republica Coloniæ anno millesimo quingentesimo octogesimo tertio impressos, necnon ad historiam de Episcopis Bonnoniensibus rediguntur.

## §. LII.

*Vercellensis Episcopi adventus in Belgium ob Baji caussam.*

*Hist. Eccles. Tom. L.*

Z

In-

Sæcul. XVI. Interea Michaelis Baji caufsa in Belgio  
A.C. 1585. semper immoto Religionis studio ur-

Bajana t. 2. gebatur, ac præprimis Franciscus Bon-  
p. 209. homus Episcopus Vercellensis a Grego-

rio XIII. tanquam Legatus in Flandriam  
mittebatur, ut in tumultus in Lovani-  
ensi Universitate recens exortos inqui-  
reret, eosque, si posset, penitus ex-  
tinqueret: itaque ineunte hoc anno  
millesimo quingentesimo octogesimo  
quinto Lovanium delatus nonnullis di-  
sputationibus scholasticis interesse vo-  
luit, ut dissidiorum, quæ inter Docto-  
res fervebant, caufas penitus inspic-  
re posset: ea autem occasione hostes  
Baji, ac præ ceteris Cornelius Reyne-  
rius, scripto novas adversus eum insti-  
tuerunt criminationes, de quibus postu-  
labant, ut ab isto Legato Bajus inter-  
rogaretur,

### §. LIII.

*Accusationum capita a Baji adver-  
sariis contra ipsum proposita.*

Bajana ex Hoc scriptum decem articulos comple-  
act. Univers. ctebatur, circa quos Bajus esset  
Lov. ad ann. interrogandus, ac I. quidem, „an verum  
1585. p. 182. „sit, quod ipse non ita pridem post ex-  
„hibitam, lectam, publicatam, atque  
„receptam a tota Theologica Facultate  
„Lovaniensi, in qua ipse tunc erat le-  
„gens, & regens, Bullam sanctissimi Do-

„mini